



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata**

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex  
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

**Arias Montano, Benito**

**Antverpiæ, 1589**

Psal XXV. Ad te Domine leuaui animam meam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44993**

P S A L M O R V M

- 6 Hoc genus est sibi solusque illum quarens Iacob,  
Luminis qui tua visere tendunt.
- 7 Vos portae mundi, & vos ostia tollite limen,  
Rex summi quibus intret honoris.
- 8 Quis nam iste immensi penitus rex dignus honoris,  
Cui porta est angustior orbis?
- 9 Armipotens I A S qui fortia prælia vincit,  
I A S, numine qui omnipotens est.
- 10 Vos portae, & mundi vos ostia tollite limen,  
Rex alti quibus intret honoris.
- 11 Quis nam iste æterni venit hic rex dignus honoris,  
Quem capiunt minus ostia mundi?
- 12 Agminibus magnis ille est qui presidet I A S:  
Huic, nam rex est, plaudite, honoris.

P S A L . XXV .

Ad te Domine leuaui animam meam.

PIETAS MISERICORDIAE CLIENS.

- 1 Daudis.  
Carmen Tricolon Tetrastrophon Acrostichon,  
ut in Hebreo est.

- 1 A Trollens animum, te pero, maximi  
IAS præsidij te mihi PRINCIPE.
- 2 B Elando, fidere frustra  
Hostes mehauid videant mei.
- 3 C Gentis ne patere ut spes pereat piæ;  
Confundatque tuos sollicitus pudor;  
Sed qui vana petunt, teque  
Auertunt, premat hos pudor.
- 4 D Dexter fiste tuis me docilem vijs,  
IAS meque iwas instrue semitas;
- 5 E Hinc anquirere reverum  
Duc me, quæ valeam, tuum.
- 6 F Valde si soleo te mihi PRINCIPEM  
Expectare dies per solidos, meæ  
Auctoremque salutis,  
Me nunc discipulum doce.
- 7 G Zelatorque tuis consulito artibus,  
IAS, orbe nouo nempe prioribus;  
Queis nos te proprium, queis  
Clementem & canimus bonum.

Hec

- 7 ¶ Heu peccata quibus me iuuenem Ieuis  
AEtas distinuit, crimina & improba,  
Né cures memor I A S ;  
Me cura ut memor ac bonus.
- 8 ¶ Totus nempe bonus, rectus & integer  
I A S est ; ideo gaudet amabilem,  
Quos peccata maligne  
Fallunt, ducere per viam.
- 9 ¶ Iure oppressa hominum corda reget bono.  
Deducetque sua recte humiles via,  
Numquam fallere quemquam  
Certus, d scere qui cupit.
- 10 ¶ Cunctæ, quas solet insistere semitas  
I A S, sancta quibus foedera sint sua, &  
Queis responsa placebunt,  
Sunt verum atque benignitas.
- 11 ¶ Longè intorta licet sit mihi prauitas,  
I A S, missa tamen soluitur ; hoc tuo  
Certè perfacile usque est  
(Nam I A S dicere) nomini.
- 12 ¶ Magnum I A M inetuens quis colet? optimam  
Certe discet enim doctior is viam :
- 13 ¶ Namque is sorte beatus  
Terra ac semine principe est .
- 14 ¶ Sacra arcana pijs integra permanet  
I A F, & quæ teneant foedera dulcia  
Nullo tempore vana,  
Digna ac perpetuo coli.
- 15 ¶ Omnes ipse meis luminibus dies  
I A M prospiciam, qui expediatur meos  
Duri cassibus hostis,  
Firmetque incolumes pedes ,
- 16 ¶ Pressum me atque hominum in cœtibus unice  
Desertum miserans respice, ab omnibus
- 17 ¶ (Sat cordi anxia cura est )  
Me discriminibus rape.
- 18 ¶ Raptarum varijs sepe doloribus  
Affictumque vide, ignoscetque turpibus  
Cunctis criminibus, queis  
Hæc sum commeritus pati .
- 19 ¶ Rursus præualidis aspice viribus  
Hosteis, inuidia heu quos agitat mei ,

D a Nullo

Nullo iure petentes  
Me, sed consilio fero.

20. **U**sperante inque tuo præsidio erue;  
Et serua hanc animam, spes tua quam fons,

Nec turbet famulum isto  
Consilium auxilio pudor.

21. **T**hesauris veluti vasa reconditis  
Sic me simplicitas seruet & exquirat;  
Expecto facilem te,  
A te subsidium peto.

22. **P**RINCEPS ipsorum casibus arduis  
Suscepsum redimas proculis Israel;  
Vindexque eripe cunctis  
Arca queis premitur malis.

## PSAL. XXVI.

Judica me Domine, quoniam ego in innocentia  
CONSCIENTIAE PROBITAS.

23. Dauidis. Carmen Tricoton Terrastrophon.

**M**e suscipe IAS arbiter integris  
Virz ambulantem moribus; vnica  
Sermone me iuvantis IAE

Non trepides refugisue, fido.

24. IAS paratis sepe periculis  
Tentator vrens meque probans, ages  
Conimitte flammis atque renes  
Corque meum speculare viuis,

25. Promissa dicto certa satis tuo  
Constant apertos ante oculos milis;  
His (vera nam vigent) receptis  
Quidquid ago, ingredior minister.

26. Me nec virorum vana mouentium  
Unquam assidentem concilio dedi.  
Astuta nec me turba cæcis  
Ducta viris comitem notavit.

27. Cæterus nocentum, & terribiles choros  
Odi, profanum nil placuit mihi;  
Sedisseque auerbor malignis  
Sedibus, & fugio remotus.

28. Firmare ut, IAS, haec valeam, manus  
Puris lauabo fontibus, ac tuam  
Inmunis aram sepe circum  
Ibo equidem, intrepidusque tangam?

29. Ut voce laudis conficear tibi

Præfatio